



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

7. Aquas terris non esse altiores.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

rent. Illæ enim, quasi præ formidine, in fugam versæ, statim in locum sibi à Numine paratum confluxerunt; vnde sine eius nutu non excurrunt. Qua de cauſa ibidem dicit Propheta: *Terminum posuiffi, quem non transgredientur, neque conuertentur operis terram.*

**Psal. 103. 9.**  
Idem Lucret.  
ibid.

*His igitur rebus retractis, terra repente,  
Maxima quæ nunc se Ponti plaga cerula tendit,  
Succidit, & falso suffudit gurgite foſas.*

**VII.**

**Eccles. 1. 7.**

**Prou. 8. 29.**  
**Ierem. 5. 22.**  
**Iob. 38. 8.**

Non enim illis subscribendum arbitror, qui censuerunt, a-  
quas, vt terram detegerent, minùſque extenderentur, ad Conditoris vocem ac mandatum, ita refugisse, vt in celſiſſimam altitudinem intumescerent; adeo, vt etiam nunc terram altitudine ex-  
cedant. Si quidem omnia flumina, tandem intrant in mare; quæ  
cūm per inferiores terræ partes ſemper ad ima decurrant, necelle  
eft, mare non modò non celsius, ſed terrâ longe depreſſius humiliusque eſſe. Aiunt quidem diuina litteræ, Deum posuiffe legem,  
terminos, & præcepta aquis, & veſtis, ac oſtia, ne tranſirent fi-  
nes ſuos. His tamen testimonij non conficitur, aquas, poſtquam  
non amplius efficiunt propriam sphærā terræ proximam ac ſu-  
perextenſam, nunc adeo ſuper altitudinem terræ elatas eſſe, vt  
niſi diuina vi coēcerentur, facile, & ſuapte natura, erumperent,  
totamque denuo cooperirent. Licet enim naturales inclinatio-  
nes creaturis ratione, immò & ſenſu parentibus à Dœ inditæ, in  
**Ira S. Thom.** diuinis libris subinde *leges* (non eſſentialiter, ſed participatiæ  
1.2. q. 90. 2.1. quodammodo) vocentur, non eſt tamen credibile, tales leges na-  
turalibus rerum inclinationibus perpetuo aduersantes, fuiffe da-  
tas. Alioqui mare, contra propriam naturam & inclinationem,  
perpetuo miraculo eleuatum deberet contineri, ne ad inferiorem  
locum, ſua grauitate efflueret. Quod in concavis terræ ſinibus col-  
locatum non facit. Ascenderet, ſi exiret.

**VIII.**

Secta igitur in variōſ ſinus eſt terra, & aquæ ipſæ diuife  
ſunt, in lacus, amnes, fluuios, & maria; tametiſi congregatae di-  
cantur in unum locum; in ſpecie, non numero vnum ſcilicet; ſeu  
in vniuſ generis locum, quod idem eſt, ac ſi dictum eſſet, congre-  
gentur aquæ in loca terræ humiliora. Ita eum nos locum intelli-  
gere cogunt, multa maria, in diuersis terræ tractibus separata-  
que